

253

ita venerabilis fuerat susceptus. Erat etiam passio eius in nomine
 filissima et despecta valde de qua alias deo dare suo loco dicemus. Ter
 cio inmensus fuit dolor christi propter peccata derelictionem. Tunc clamans circa
 horam nonam voce magna dixit. hely hely lamazabathani. quod est in
 preteritum hely. id est deus meus. lama. id est quere. zabathani. id est dereliquisti me
 ubi gloria. Sed deus eum deseruisse in morte. quia preteritum persequenti eum ex
 posuit. Subtrahit. non protectionem sed non soluit unionem. Nuda autem illic
 stantes. scilicet milites romani secundum hieronymum. ydeoma hebraicum ignorantes
 dicebant. helya vocat iste. At a me verba illa audies et intelliges
 illorum vim consideras vndique experiebat merorem.

Unde christus vehementer doluit in potatione propter amaricationem. pro
 peccatorum obstinationem. propter quod matris lamentationem.

Tercij articuli secundus dolor.

Secundus dolor tercij articuli de potatione. quoniam iteque clamans
 dixit. Sitio oblataque fuit oris eius spogia potu amarissimo
 repleta. Tunc doluit christus propter tria. Primo propter amaricationem
 Secundo propter peccatorum obstinationem. Tercio propter matris lamentationem.
 Primo doluit christus propter amaricationem. quia spogia illa oris eius sic ap
 posita amarificavit labia et eius lingua. Quare iterum clamans dixit
 Consummatum est. scilicet totum iam corpus meum doloribus et passionibus circun
 datum est. nam lingua que sine lesione hucusque fuerat reservata. modo
 amaritudine est repleta. Consummatum est mystice intelligendo opus
 redemptionis humane. Secundo doluit vehementer christus propter peccatorum ob
 stinationem. Non enim minus sitiebat peccatorum salutem quam corporis sui in cru
 ce extensum et fatigatum recreationem. Dicebat etiam sitio. id est salutem omnium
 quia pro omnibus patior pro omnibus sanguinem meum pro peccatis meis offero pro omnibus
 morior. Venite ad me omnes corde spumati et emendatote ac correctione
 vestra recreate mentem meam. Quod quis tunc illius animi dolor urgebat
 cum videbat innumeros esse qui a peccatis ad penitentiam nunquam rediret quibus
 nec passionis sue virtus propter eorum duriciam esset in aliquo profu
 tura. Ut enim dicitur theologi. In christi passio sufficientissima fuerit pro sa
 lute omnium. tamen illius effectum non consequuntur illi qui peccata deponere nolunt
 Quare cum omnibus pro sit sufficienter non tamen omnibus efficient. vnde sicut er
 ga christum crudeles fuerunt illi qui eum potauerunt felle et aceto ita pec
 catores qui ad penitentiam redire nolunt. Audite illum. audite o peccatores
 anime. pro vobis clamat amarissimum ihesus pro vobis dicit sitio. Cur ergo sa
 rea corda non rupit. Cur tamen clementissimo domino non spatium. hic bene
 ait. Ascendit in altum crucis ut ab omnibus videretur. voce magna cla
 mauit ut ab omnibus audiret. clamori lacrimas addidit ut ei homo compa
 tere. Qui ad eius vocem non exierat ad clamorem non spungit. graui
 or est terra et fetidior sepulchris. Tercio doluit christus vehementer
 propter matris lamentationem. Potuit igitur tunc virgo benigna
 filium audire in cruce dicentem. Sitio multis singultibus lacrimis
 ac suspiriis dicere. heu heu me quid video. quid audio. vniuersis